Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8957
Copyright: Melk, Benediktinerstift



offitiis uteretur. Paupertatis insuper incomodis afficiebatur. duplici malo labo
rant egritudinis simul et egestatis. Hic ut audiuit multos ad urbe treueri
cam spe salutis excurrere. eadem spe animatus quomodo potuit. lecto digressus scabel
lisque usus gradi labore ac mora tandem peruenit. atque ad apostoli sepulchrum acce
dens breuiter sed intime orauit. Oratione completa in pedes surrexit. ac populo spectan
te semel et iterum in testimonium indulte sibi sanitatis. sepulchrum circuire cepit.
Se igitur recepto gratulabundus abscessit. Item de alio.

Alius uir cum esset pastor ouium beato symeoni qui treueri in porta martia. que et ni
gra uocatur requiescit. oues de paupere ouili uocauit. Cum autem uoti tempus impleretur.
longe a urbe positus. quia oues lasciuam deducere non poterat. dignum pretium pro illa taxare
coactus est. Quo accepto. treueri cum uxore deuenit. Et cum ante monasterium sancti mathie
transierent. uisum est illis apostolum non pretereundum esse sine munere. Sed nichil erat pre ma
nibus preter uotum sancti symeonis. Intrauerunt itaque ecclesiam. et cum denarium thece impo
suissent. foras resiluit. Existimantes igitur eum non plene impositum iterum iniecerunt.
sed uehementiori quam prius de assultu resiluit. Quem cum tercio iactassent. simile rei ex
itum sortiti sunt. Noluit et enim mathias uotum alterius sibi inferri. Abierunt igitur tristes non intel

Duo uiri de uico logostein. De duligentes quid res portenderet. Ob uiris
nominato renum transituri nauiculam piscatoriam ingressi sunt. Quos alii duo tam ha
bitu quam facie ignoti rogauerunt ut eos secum assumerent. Quod et fecerunt. Mox igitur
in aportu paulo longius abierunt. tanta est exorta tempestas. quantam nullus hominum illo
in loco expertum se meminit. Unde et scapha dissoluta. per egritudinem illi quo deuenerunt incer
tum est. Dubie namque inde accepimus. an homines an demones fuerint. Duo autem uiri
alii cum inter undarum uolumina uersarentur. beati mathie nomen de sub un
dis inuocantes. meritis ipsius a terra horrenda morte liberati sunt. Nam passus ferme
quingentos sub aquis salui delati. ciuitatem insule applicuerunt. et salicibus inhaeren
tes nauigio domum relati sunt. gratias agentes deo. De uidua.

Domus uidue cuiusdam forte a maligno quodam predone igni succensa est. Quo repen
tino casu mulierculam turbata dum reclusis suis eripiendis instaret. paruu
lum suum inter flammas oblita est. Sed post paululum ad se reuersa circita cucurrit.
puerum eripuit. sed cum exiret ab illo domus incensore. tam ualide impulsa est. Vt di
giti manus introrsum reflexi. omnino inutiles redderentur. Qua re. dolore
simul et egestate compulsa. cum dolori remedium quereret nec inueniret. ad
tumba apostoli cum aliis religiosis accessit. Cumque orationi ibidem instaret. omni
populo spectante offitium manus quod diu perdiderat RECEPIT.